

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput XIV

urn:nbn:de:bsz:31-97032

CAPUT XIV.

DE SUCCIS LAPIDE-
SCENTIBUS.

Obliti ferè eramus succorum lapidescentium , hic ad-
demus. Mira enim naturæ ludentis in iis opera.
Interdum dum decidit lapidescit , interdum solum
priusquam attigerit. Vt ergo ad Ambergam modus,
ubi albæ ejus opera existunt columnæ. *Agricol. lib. de
effl. ex terra.* Quicquid eum imbibetur lapis est , mea-
tuum si adeat capacitas. Hinc fontes lapidei , ligna &
osca invenies fossilia. Cum opifices orto bello , in Me-
talla Lydiæ circa Pergamum configissent , obstruc-
tio exitu suffocati sunt ; repurgatum post antrum : & am-
phoræ lapideæ , succo lapidescente replete , inventæ
sunt. Habet Elboganus tractus abietes magnas cum
corticibus : in rimis aurei coloris pyrites concrevit:
Cracovicum in Bohemia arbores cum ramis ; ex qui-
bus angulatae cotes , donum à Columbrati Baronibus
Ferdinando I. oblatum : Hildesheimium trabes acer-
vatim positas , quarum interdum eminent capita. Ha-
cerro aut altero lapide percussæ , non aliter ac marmot
Hildesheimium cornu usci virus redolent. Ibidem &
lignum in lapidem mutatum , & in ejus commissuris.
Ebenum reperiit fossile : quod etiam sparsum in alio-
rum lapidum cavernis tanquam in alvo latere , non i-
gnoravit *Theophrastus*. Specula , strigiles , vestes , cal-
ceamenta illata in lapidicinam , quæ in Asso Troadis ,
lapidem fieri , *Mucianus* author est. Lrides vero qui
ex succo lapidescente concreverunt , plerumque sunt
molles & fragiles. Ad Calidas Caroli IV. multi nume-
ro conjuncti reperiuntur lapides , favorum modo cavi ,
dimidiati globi figura , magnitudine pisii. Ex guttis ca-
lidarum decadentibus nati sunt. Vasa vero fictilia ,
quæ in terra sunt inventa , urnæ fuerunt ; demoruo-
rum in iis ossa : si quidem in omnibus operculo tectis
cinetes,

cineres, in aliquibus etiam annuli reperiuntur. Taleni in Bibliotheca Thorunensi vidimus & in hortis Arundelianis Lundini plurimas. Mos erat antiquis ut noctum, utere, & usita reponere. In Italia etiam vitreae inventae sunt. Quatuor in agro Neapolitano repertas, Cæsar Carduinus habuit. Quid verò Veronæ acciderit, dicit Bertius in descr. agri Veronen.

C A P U T X V .

D E M A G N E T E .

MAgnes lapis est satis notus. Ejus effectus admirandi; duo præcipue, Obversio ad polos mundi; & Tractio tum magnetis alterius, tum ferrti. Quantum ad primum. In plerisque locis non exactè polos respicit, major aut minor interdum declinatio. Animadvertis id hoc seculum: decimo enim ultra Fortunatas Insulas gradu, ubi initium longitudinis à Cosmographis positum, cum polis mundi convenient: vetus Orientem magis deflecit. Circa Noribergam decem numerantur gradus, 16 in Norvegia, in Zembla 17, observavere Belgæ, Gilbertus quidam 23 prodidit. Vnde colligitur summan declinationem 23 graduum esse. Causam si inquitimus, diversa inter doctos sententia. Magnetis quosdam sub polo montes, ponunt nonnulli, & similitudine naturæ moveri magnetem assertunt: alii ad stellas quasdam converti scribunt: alii in eo duo opposita puncta statuunt, quorum unum ad Boream, alterum flectatur ad Austrum: alii versus Austrum moveri iudicant, quod operatio omnium Planetarum sit à Meridie, falli hincvidetur. Montes quanti & quales sint non satis competitum, & plures ejus in Ægypto mineræ. Polum exacte & directe non spectat, in Meridiano nisi constiterit. Punctum quod Austrum obvertit, fortius esse iudicatur. Insigne dant documentum fabri, dum in pixidum nauticarum indice, ei parti Magnetem afflicant, quā in Meridiem vertitur. Sunt deni-